

ti morte regnum suum verteretur, ubi: Cædemon terretur mulierculam uxorem Pilati, turbans eam dom in somnia, & ut à crucifigendo cessaret, moliatur, quia sentiebat suam perniciem. Et idem sentit Beda in Math. At Origenes, Theophilactus, Erimius, Ambrosius, Augustinus, & Chrysostomus tenent, somnium illud divinitus immisum fuisse, ut antequam injustissima Christus damaretur sententia, hoc quoque somnio illum esse innocentem aperte constaret: Sic apud Card. Lambert. deinde Bened. XIV. in Opere de Fest. D. N. J. C. num. 242 ubi etiam refert, quod dicta uxor Pilati vocaretur, ut tradunt aliqui, Claudia Proconsula; & Cornelius à Lapide testatur, quod apud Græcos sit in Sacerdotum numero adscripta. Pilatus autem suorum scelerum penas luit; damnatus enim ad perpetuum carcerem Viennæ in Gallia, quam urbem popularis Viennensis traditio refert, suam fuisse patriam, in tantis angustiis redactus, eo furoris devenit, ut necem sibi concideret. Eusebius lib. 2. cap. 7. Orosius lib. 7. cap. 5. apud Calmet loc. cit. Adeo Viennensis Episcopus in Chronico apud Lambertin. loc. cit. \*\*\*

PORTIA.

- 1 Episcopus faciat claudere portas habentes aditum immediate ad Ecclesiam; Sac. Cong. Immu. 20. Novemb. 1640. lib. 2. Decret. Paul. p. 133.
2 Janua domus positæ super Sacristiam locatæ Laicis, si habeat aditum ad ipsam Sacristiam, claudenda est; Sac. Cong. Immu. in Reatina 4. Decemb. 1628. lib. 1. Decret. Paulucci pag. 115.
3 Injungitur Ordinario, ut faciat claudere januam apertam à Debitore, per quam sibi aditum aperuit ad Ecclesiam in fraudem Creditorum; Sacra Congreg. Immu. in Consentina 26. Feb. 1636. l. 1. Decret. Pauli pag. 243.
4 Injungitur Episcopo, ut januam domus Laici tendentem ad Ecclesiam claudere faciat ad vitanda inconvenientia ob confugium male viventium; Sacra Cong. Immu. in Urbeveterana 7. Maji 1648. lib. Decret. Rocci pag. 39. in Theanen. 30. Martii 1677. lib. 2. Decret. Alt. pag. 1581. in Dojanent. 15. Julii 1679. d. lib. pag. 1799.
5 Similiter Janua è monasterio habens ingressum ad molendinum, à quo patet aditus ad viam publicam, est claudenda ad fraudes vitandas; Sac. Cong. Immu. in una Civitatis Castellii 13. Mart. 1663. lib. Decret. Rocci pag. 464.
6 Janua domus Ecclesiæ Commendæ Equitum Hierosolymitanorum, per quam patet aditus ad ipsam Ecclesiam, quatenus locetur laicis, claudatur; Sac. Cong. Immu. in Ausculana 17. Sept. 1680. lib. 2. Decret. Alt. pag. 2049.
7 Claudatur Janua Sacristiæ, per quam habetur exitus extra Civitatem; Sac. Congreg. Immu. in Sorana 2. Junii 1693. lib. 1. Decret. Vallemani pag. 51.
8 Episcopus mandat claudi aditum ad cæmeterium, & eo clauso, declarat domum contiguam Ecclesiæ, & cæmeterio non gaudere Immunitate; Sac. Cong. Immu. in Alarina 2. Mart. 1700. lib. 2. Decret. Vallemani pag. 276.
9 Episcopus absque facultate Apostolica nulliter absolvens ab excommunicatione effraçtores januæ Ecclesiæ, tenetur illis notificare se absque facultate absolvisse; Sac. Congreg. Immu. in Bobien. 2. Mart. 1770. ibi pag. 275.
10 Injungitur Episcopo, ut cryptas, & aditus subterraneos à domibus privatorum ad Ecclesiam, & loca immunita claudere faciat. Sac. Cong. Immu. in Aquilana 9. Mart. 1632. lib. 2. Decret. Paul. pag. 115. apud D. Riccium in sua Synopsis verb. Episcopus quoad Immunitatem num. 30.

Janua, per quam habetur aditus ad Ecclesiam, claudenda est; S. C. C. in Bugubina 2. Jun. & 4. Aug. 1736. non obstante transacione, & concordia cum quadam societate Lanatorum facta à Dominis de Tandis. Sic apud Thesaurum Resol. S. C. C. tom. 7. quæ Resolutiones prostant. Venetiis apud Jo. Bapt. Recurti.
Alia ad rem; Vide verb. Ecclesia, art. 5. verb. Fenestræ, verb. Prospectus.

PORTIO,

PORTIONARIUM CATHEDRALIUM.

Portio, quæ sit in Ecclesia, erigi non potest in Præbendam Penitentialem, sed Præbenda Canonialis: at si non essent Præbendæ, sed fructus omnes in distributionibus quotidianis consistent, tunc distributiones habebuntur pro Præbenda. Sac. Congreg. Conc. teste Nicolao Garc. de Benefic. part. 5. cap. 4. num. 127.

Portiones, si perpetuo unite sint Dignitatibus, ita ut Portionum titulo suppresso effectum sit unum dumtaxat Beneficium, non tenentur ii, qui tales obtinent Dignitates ad aliud servitium, quam suarum Dignitatum; Quod si absque suppressione tituli Portiones unite sint Dignitatibus ad vitam obtinentium, & alias uti duo beneficia obtineantur, utriusque Beneficii servitia præstanda sunt. Sac. Congreg. Concilii referente Nicol. Garc. de benefic. part. 3. cap. 2. num. 509.

Portionarii, & dimidii Portionarii vocem in capitulo habentes sunt Capitulares; sed tunc inter Capitulares censendi sunt, cum ex Apostolico privilegio, vel ex consuetudine, aut Ecclesiæ statuto inter Capitulares connumerantur. Si autem ipsi talibus facultatibus non potiuntur, Episcopus poterit contra eos absque Adjunctis procedere. Sac. Cong. Concilii penes Nicol. Garc. in addit. ad sum. tract. de benefic. part. 11. cap. 11. n. 210. & Rotam decr. 299. n. 1. part. 2. divers. & decr. 708. part. 2. recent. & apud Barb. in Sum. Apost. decr. verb. Portio, Portionarii Cathedralium num. 3.

Portionarii representant Beneficiatos, seu Mansionarios, & tenentur ad omnia sicuti Beneficiati. Sac. Congreg. Rit. in Hispanen. die 5. Julii 1603. quam refert Sellius in selectis Canon. cap. 35. num. 48.

Portionarii, & alii Beneficiati, si in omnibus sunt æquales Canonicis, duplici ductu, sicut Canonici, thurificandi sunt, non obstante lbero ceremoniali, quia intelligitur, quando Presbyteri non sunt æquales Canonicis. Sac. Congreg. Rit. in Casaraugustana de Daroca 21. Mart. 1615. penes Sell. d. cap. 35. num. 47.

Portionarii Ecclesiæ Cathedralis, etiam animarum curam habentes, debent in processionebus incedere post Canonicos, & tamquam membra non debent à corpore separari per interpositionem Rectorum aliarum Ecclesiarum. Sac. Cong. Rit. in Turricana 1. Junii 1601. & 27. Julii ejusdem anni, & in Terulen. 20. Dec. 1601. apud Sellium dicit. cap. 35. num. 48.

Portionarii perpetui Ecclesiarum parochialium præcedere debent Portionariis amovibilibus Ecclesiæ Cathedralis in processionebus, in quibus dantur distributiones ex redditibus Capituli Cathedralis. Sac. Cong. Rit. in Terulen. 17. Dec. 1605. quem citat Sellius d. c. 35. num. 49.

Portionarii non debent quidquam alterare, & æquiparare se Canonicis in vestibus. Sac. Congreg. Rit. in Segobien. 7. Julii 1612. de qua Sellius d. cap. 35. num. 50.

Port-

- 9 Portionarii non comprehenduntur sub c. 6. reff. 25. de reform. si solum vocem in Capitulo habeant, & ideo potest Episcopus sine Adjunctis Capitularibus ad correctionem, & punishmentem eorum procedere. Sac. Congreg. Concil. quam adducit Sellius d. cap. 35. num. 51.

- 10 Portionariis, & Beneficiatis Ecclesiæ Toletanæ prohibetur uti habitu concessio Canonici, sed ut antiquum habitum retinere debeant, declarat Sac. Cong. Rit. in Toletana 17. Decemb. 1605. apud Sell. d. c. 35. num. 52.

- 11 Portionarii Ecclesiæ Terulen. uti de corpore illius Ecclesiæ debent insimul cum Canonicis, & altis Ministris incedere, & præcedere Portionarios, & Vicarios aliarum Ecclesiarum Parochialium illius Civitatis; Sac. Congreg. Rit. in Terulen. 15. Martii 1603. & 16. Sept. 1606. & 12. Maji 1612. ut per Sell. d. cap. 35. num. 53.

- 12 Sunt in Cathedralibus, & Collegiatis Beneficiarii, qui alibi Portionarii, alibi Mansionarii, alibi Hebdomadarii, & alibi alter nuncupantur. Videsis Ayres de Beneficiis. Assis. Eorum institutio exeunte seculo decimotertio Romæ primùm facta est in Basilica S. Petri à Joanne XXI. de anno 1277. ut ex ejus Bulla relata in collectione Bullarum S. Basilicæ Vaticanæ tit. 1. ad annum 1277.

- 13 Ayres de Beneficiis. Assis. Eorum institutio exeunte seculo decimotertio Romæ primùm facta est in Basilica S. Petri à Joanne XXI. de anno 1277. ut ex ejus Bulla relata in collectione Bullarum S. Basilicæ Vaticanæ tit. 1. ad annum 1277.

- 14 Ayres de Beneficiis. Assis. Eorum institutio exeunte seculo decimotertio Romæ primùm facta est in Basilica S. Petri à Joanne XXI. de anno 1277. ut ex ejus Bulla relata in collectione Bullarum S. Basilicæ Vaticanæ tit. 1. ad annum 1277.

- 15 Ayres de Beneficiis. Assis. Eorum institutio exeunte seculo decimotertio Romæ primùm facta est in Basilica S. Petri à Joanne XXI. de anno 1277. ut ex ejus Bulla relata in collectione Bullarum S. Basilicæ Vaticanæ tit. 1. ad annum 1277.

- 16 Ayres de Beneficiis. Assis. Eorum institutio exeunte seculo decimotertio Romæ primùm facta est in Basilica S. Petri à Joanne XXI. de anno 1277. ut ex ejus Bulla relata in collectione Bullarum S. Basilicæ Vaticanæ tit. 1. ad annum 1277.

- 17 Ex hac ipsa ratione, quod assumpti hi Beneficiarii sunt ad supplicas vices Canonicorum non residentium, facile colligi potest, cur secus ac Canonici ipsi, quippe quibus longe facilius absentia indulgetur, ad assiduam præsentiam, & perpetuam residentiam, neque aliam otiosam, & desidiosam, sed laboriosam, qualem canones volunt, teneantur.

- 18 Quæ Beneficiariorum chori recenti origine spectata mirandum haud est, si nulla eorum fiat mentio in decretalibus Greg. IX. & propterea dum de hujusmodi Beneficiariis disserendum occurrit, loco textus, qui sane deest, allegatur communiter celebris Glossa in cap. penultimo, verbo Assisios, de Cleric. non resident. quæ Glossa post tempora Joannis XXI. & Nicolai III. scripta fuit, & quod à didis Pontificibus in dictis Bullis traditum est de dictis Beneficiariis, applicat Assisios in dict. cap. penultimo memoratis, vocatosque Assisios vult, quasi assiduos, scilicet, ex eo quod in ipsos assiduum, & quotidianum chori servitium rejecerit Canonici, rariori assistentia ob dignitatem sibi reservata, quod est verum vocis illius etymon non sit (verum enim profert Ducange) ad rem tamen alludit.

- 19 Hi Beneficiarii non veniunt nomine Capituli, neque stallum in choro, neque vocem in Capitulo habent. Anton. Fabricium Bleyan. in prax. Beneficial. titul. de reliq. stipend. Ecclesiast. fere per tot.

- 20 Eadem tamen haud est horum Beneficiariorum conditio in omnibus Ecclesiis; Idem Autor ubi supra.

Quinimo hi Beneficiarii in aliquibus Ecclesiis jure collegii gaudent, & sic peragunt suas peculiares Congregationes, habent proprium, illudque distinctum archivium, arcam communem, peculiare sigillum, stallum in choro, tum pro capite Dignitatem, sed hinc non sequitur, quod corpus efferret à Canonicis distinctum. Jus enim Collegii solummodo tribuere iis valet facultatem se congregandi pro negotiis propriis, & de iis statuendi sine dependentia à Capitulo, tum cetera mox dicta; non item efformatione Corporis distincti, quæ in una eademque Ecclesia repugnat. Quo circa & hi Beneficiarii gaudentes jure Collegii in reliquis Capitulo obedire debent. Confer Rot. in Gerunden. servitutum super bono 23. Feb. 1734. §. Siquidem, cor. clar. mem. Cincio.

Nec ulla in Ecclesia sunt hi Beneficiarii in omnibus æquales Canonicis, & propterea thurificandi duplici ductu non secus ac ipsi Canonici, ut vult Autor n. 5. allegata ex Sello Resolutione Sacræ Congreg. Rituum in Casaraugustana de Daroca 21. Martii 1615. Possunt sane ex inveterata consuetudine esse hi Beneficiarii, qui perinde ac Canonici, thurificentur duplici ductu, at non inde sequitur, quod sint, & esse possint in omnibus Canonicis æquales, contra ipsorum institutionem. Et in his terminis accipienda est dicta Resolutio S. Congreg. Rituum; si vera est; nam Sellius hic inter Apocryphos Auctores recensendus est, observante Ursaya tom. 2. p. 2. discept. 17. n. 37.

PORTIO CONGRUA.

Portio congrua assignanda Parocho ex causa debiti pensionum carcerato censi. debet summa scutorum centum argenti illarum partium; Sac. Cong. Concil. in Albigenen. 27. Junii 1626. teste Aldan. in Compend. Can. resol. lib. 3. num. 4.

Portio congrua Vicario præstanda interim, dum Parochialis de idoneo Rectore providetur, est duorum aureorum pro singulis mensibus; Sac. Congreg. Conc. referente Nicol. Garc. de benefic. part. 9. c. 2. num. 15.

Portio congrua assignanda Vicario est arbitraria Episcopo, pensata qualitate personæ, beneficii, & loci. Sac. Cong. Conc. juxta Nicol. Garc. dicit. p. 9. cap. 2. num. 15. Massob. in praxi habendi concursus reg. 1. dub. 25. & apud Barbosa in Sum. Apost. Dec. verb. Portio congrua num. 3.

Portio fructuum Parochialium Ecclesiarum vacantium constituenda Vicario curam exercenti, quousque ad novam institutionem deveniat, referenda est ad congruam portionem, & stipendium arbitrio Ordinarii sumendum ex fructibus percipiendis, nisi aliqua personæ sint jure obligata ad supplementum aliud. Sac. Congreg. Concil. teste Nicol. Garc. d. c. 2. num. 15.

Portio non detrahatur ex distributionibus quotidianis pro constructione, & sustentatione Seminariorum. Sac. Congreg. Concil. in Lucana 5. Jul. 1628. in respons. ad 2. penes Aldan. d. lib. 3. tit. 3. n. 6.

Portio debita Seminariorum ratione beneficiorum exigi potest post unionem ejusdem beneficii factam Regularibus, qui Mendicantium privilegiis gaudent. Sac. Cong. Conc. die 21. Jul. 1629. apud Aldan. dicit. lib. 3. tit. 3. num. 7.

Alia ad rem. Vide verb. Congrua, verb. Vicarius Parochialis. & Vide additiones ad verbum Congrua. & PORTORIUM. Vide verb. Gabella num. 8.

POS-

POSSESSIO.

- 1 Possessione sua nemo inauditus est spoliandus, quamvis illa dicatur injusta. Sac. Cong. Rit. in Elven. 10. Jan. 1604. de qua Sellius in selectis canon. c. 43. n. 16.
- 2 Possessionis exercendi suas funciones manutentionem debet habere ille, qui per decennium præteritum illas exercuit, donec in petitorio aliter declaratur. Sac. Cong. Rit. in Arsen. 16. Jul. 1605. teste Sellio dicit. cap. 43. num. 22.
- 3 Possessionem quadragenariam cum titulo, seu privilegio, sustulit omnino Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 20. vers. Ad hæc; Sac. Cong. Conc. in Theatina 22. Jul. 1613. referente Sellio d. c. 43. num. 25.
- 4 Possessio capta à Coadjutore, vivente Coadjuto, non suffragatur post mortem coadjuti, nisi de novo capiatur. S. Cong. Rit. in Colimbr. 16. Sept. 1606. & in Patavina 30. Jan. 1616. penes Sell. d. c. 43. num. 26.
- 5 Possessio ab obitu Coadjuti numeranda est, quamvis prior possessio per Coadjutorem capta accederet ad annos viginti. Sac. Cong. Rit. in Bergomi. 7. August. 1627. apud Sellium d. cap. 43. num. 27. & apud Barbos. in Sum. Apostolic. Decis. verb. Possessio c. 5.
- 6 Alia Vide verb. Dominium art. 1. à n. 21. usque in finem.
- 7 Possessio immemorabilis tribuit Prælato inferiori jurisdictioni intra Episcopi diocesim; Bened. XIV. tom. 1. constit. 36. incip. Apostolicæ §. 2. non idem dicendum est de possessione quadragenaria cum titulo colorato. Idem ibid §. 3. Possessio immemorabilis solo labefactatur rumore. Idem ibid. §. 4.
- 10 Possessio beneficiorum resignatorum capienda est intra sex menses à data concessionis gratiæ, si beneficia sint citra montes, vel intra novem, si ultra; Idem tom. 2. constit. 10. incip. Ecclesiastica ministeria :::

POSSESSOR BONÆ, ET MALÆ FIDEI

SUMMARIUM.

- 1 Possessor bonæ fidei quis dicatur.
- 2 Possessor malæ fidei quis dicatur.
- 3 Possessor bonæ fidei tempore à Jure statuto potest præscribere, & sibi acquirere, & rem possidem, & fructus inde perceptos.
- 4 Et quidem res mobiles cum titulo possessor bonæ fidei præscribit, & sibi acquiris triennio, res vero immobiles per longi temporis possessionem, id est, inter præsentis decennio, & inter absentes viginti annis.
- 5 Possessor autem malæ fidei nullo tempore potest præscribere, & acquirere sibi rem possidem, & fructus inde perceptos.
- 6 Fructus rei alii sunt naturales, alii industriales, & alii mixti, & assignantur omnes.
- 7 Alii quartam speciem fructuum addunt, quos civiles appellant.
- 8 Item fructus alii sunt percipiendi, & adhuc pendentes, & alii jam percepti.
- 9 Fructus percipiendi, & adhuc pendentes qui sint.
- 10 Fructus percepti qui sint.
- 11 Fructus percepti, alii sunt adhuc extantes, & nondum consumpti, & alii non amplius extantes, & jam consumpti, & qui sint.

- ante tempus majoris valoris, quo ipsam consumpsit, vel alienavit possessor malæ fidei, adhuc ipse possessor malæ fidei tenetur restituere ipsam totum pretium majus currens tempore, quo eam consumpsit.
- 33 Item quamvis dominus conservaturus fuisset rem quam usque in tempus, quo minus valeret, possessor malæ fidei adhuc teneretur restituere totum pretium, seu illum majorem valorem currentem pro tempore, quo ipse injuste rem consumpsisset, vel alienasset.
- 34 Si dubitetur ad quodnam tempus, scilicet majoris, vel minoris valoris dominus rem suam fuisset servaturus, nisi à possessore malæ fidei fuisset inique detenta, & consumpta, probabilis est restituendum pro ratione dubii secundum judicium prudentium.
- 35 Adducitur, & solvitur instantia.
- 36 Immo possessor malæ fidei nec tenetur credere domino se rem suam fuisset servaturus, seu venditurus tempore majoris valoris, nisi accedant aliæ circumstantiæ, & conjectura, quibus certo cognosci possit talis veritas.
- 37 Possessor malæ fidei tenetur compensare omne damnum emergens, & lucrum cessans domino ex iniqua detentione rei suæ.
- 38 Possessor malæ fidei debet suis expensis restituere rem mala fide possessam in loco, ubi Dominus eam habere, si inique detenta, aut destructa non fuisset.
- 39 Possessor bonæ fidei tenetur restituere rem bona fide possessam statim ac cognovit esse alienam, & quam primum commode fieri potest.
- 40 Possessor bonæ fidei tenetur rem bona fide possessam restituere ipsi domino, etiamsi eam non repetat ob ignorantiam, vel aliam causam, qua non denotet implicitam remissionem.
- 41 Et probabilis tenetur eam restituere ipsi domino, & non furi, seu alteri possessori malæ fidei, quamvis aliter suum pretium datum pro ea recuperare non possit.
- 42 Revera tamen est etiam probabilis contraria opinio.
- 43 Nec talis possessor bonæ fidei restituendo talem rem domino potest ab ipso repetere expensum pro ea.
- 44 Possessor bonæ fidei incipiens dubitare solum per leves rationes, seu per leves conjecturas, an res sit sua, vel aliena non tenetur examinare veritatem, sed tuto pergit possidere.
- 45 Si autem possessor bonæ fidei incipiat dubitare ob graves, & probabiles rationes recurrentes, tenetur omnino inquirere, & examinare veritatem, adhibita diligentia humana, ordinaria, majori, vel minori, prout res possessa incipiens esse dubia majoris, vel minoris fuerit momenti.
- 46 Quod si post factam talem inquisitionem nequeat reperire veritatem, & deponere tale dubium, licet possessor potest ipsam rem possidem licite, & juste retinere ut suam.
- 47 Si facta debita diligentia adhuc perseveret possessor bonæ fidei in tali dubio, & interim compareat dominus, tenetur ei restituere rem extantem; si autem rem jam consumpsisset, vel alienaverit, & postea comparet dominus, tenetur solum restituere quantum inde factus est ditior.
- 48 Unde si quis alius talem rem dubiam à dicto possessore bona fide possessam æque dubiet, vel probabiliter putet esse suam, non potest eam sine iudicis auctoritate auferre; & si auferat, injustum est damnum inferre, & ad integram restitutionem tenetur.
- 49 Possessor bonæ fidei, qui bona fide durante,

- ita rem alienam consumpsit, ut nihil omnino remanserit, in quo factus sit ditior, nihil restituere tenetur.
- 50 Si vero possessor bonæ fidei non ita in totum rem alienam consumpsisset, quin remaneat aliquid, in quo factus sit ditior, id restituere tenetur, quam primum advertit sibi provenisse ex re aliena, & non ex sua industria.
- 51 Possessor bonæ fidei cognoscens rem esse alienam, non tantum ipsam, sed etiam fructus rei naturales, & mixtos, quoad eam partem, que respondet naturæ rei, restituere tenetur, solum tamen adhuc extantes.
- 52 Unde, si bona fide durante, eos consumpsit, vel donavit, vel perdidit, ad nihil tenetur ratione assumptionis, nisi in quantum factus est ditior.
- 53 Possessor bonæ fidei non tenetur restituere dictos fructus naturales, sive adhuc extant, sive eos consumpsisset; & ex ipsis factus sit ditior, si eos possedit bona fide per integrum triennium antequam à vero domino una cum fundo reverterentur.
- 54 Bonæ fidei possessor semper etiam sine titulo facit suos fructus industriales.
- 55 Si autem habeat titulum, tunc omnes fructus, etiam naturales non consumptos, facit suos.
- 56 Possessor bonæ fidei etiam sine titulo facit suos fructus civiles, quos factio, provisione, seu diligentia sua percipit, eo quod ipse laboravit, & ei solvens liberatur.
- 57 Possessor bonæ fidei non tenetur restituere ullos fructus ante litem contestatam consumptos, si ex eis non sit factus ditior.
- 58 Possessor bonæ fidei, re per dominum evicta, tenetur restituere universos fructus post litem contestatam consumptos.
- 59 Possessor bonæ fidei tenetur restituere fructus naturales ante litem contestatam consumptos quoad excessum locupletationis, seu in quantum inde factus est locupletior, deductis prius omnibus factis expensis.
- 60 Quoad fructus industriales, & civiles probabilior, communior & tutior opinio docet, quod possessor bonæ fidei tenetur eos ante litem contestatam consumptos restituere, in quantum eis factus est ditior.
- 61 Est tamen satis probabilis etiam contraria sententia docens quod eos restituere non tenetur, quamvis ex eis factus sit ditior.
- 62 Possessor partim bonæ, partim malæ fidei, si bona fide superveniente consumpsit, tenetur ex re accepta restituere pro tempore bonæ fidei, sed à tempore malæ fidei tenetur etiam ex injusta acceptione ad omnia damna.
- 63 Possessor partim bonæ partim malæ fidei, qui prius mala fide possedit & consumpsit partem rei mala fide possessæ, & postea cum titulo apparenter justo bona fide consumpsit reliquam; Si inde cognoscat se verum Jure non habuisse, tenetur ex injusta acceptione ad restitutionem pro tempore malæ fidei, & à tempore bonæ fidei tenetur tantum ex re accepta.
- 64 Qui prius percepit, & possedit mala fide, sed nihil consumpsit, nisi postquam supervenit bona fides, non tenetur restituere, nisi ex re accepta quantum factus est ditior.
- 65 Qui bona fide percepit fructus, si supervenit malæ fides antequam consumantur, vel quamdiu ex illis manet ditior, jam ex tunc tenetur restituere id totum domino; & si non restituit, tenebitur postea ratione injustæ detentionis ad totum damnum inde vero domino postea requiritum.

